Tokarski Francisci: Quaestio physica de generatione substantiali.

JN NOMINE DOMINI, AMEN.

QVÆSTIO PHYSICA,

De Generatione Substantiali,

Ex libro Primo Aristotelis de Ortu & Interitu

SVB

FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Reuerendissimi Domini,

D.M. ALBERTI ŁANCVCKI,

J.V. DOCTORIS, & PROFESSORIS,

Ecclesiarum, Cathedralis Crac: CANONICI,

Collegiatæ SS. Omnium CANCELLARII,

Pilecensis ARCHIDIACONI, Curati Luboricensis,

Contubernij DD. Iurisperitorum PROVISORIS.

S. R. M. SECRETARII,

Almæ Vniuersitatis Cracouiensis,

Generalis, & Vigilantissimi,

RECTORIS.

A

M. FRANCISCO TOKARSKI.

Philosophiæ Doctore Ordinario in Collegio Minori Eloquentiæ Professore

Pro Loco in Collegio Maiori obtinendo,

Publicè ad Disputandum

PROPOSITA.

Jn Peraugusto DD. Theologorum Lectorio.

Annô Domini, 1683. *Die* 13 *Februarij.* *Horâ* 15

CRACOVIÆ Typis VNIVERRSITATIS.

QVÆSTIO PHYSICA, De Generatione Subſtantiali.

VGeneratio ſubſtantialis, quæ eſt mutatio totius in totum, nullo ſenſibili manente: & Terminus illius Qui primarius in Executione eſt ſuppoſitum: Terminus verò Quo Totalis, eſt Natura integra: recipiatur immediatè in Materia prima, denudata ab omui Forma Accidentali, nec ne?

CONCLUSIO I.

GEneratio ſubſtantialis, eſt mutatio totius in totum, nullo ſenſibili manente.

COROLLARIA

I. Non eſt tamen Eſſentialiter Mutatio; licet ordinariè & connaturaliter loquendo, mutationem inuoluat.

II. Neq; eſt actio diſtincta à tota Alteratione præcedenti, & terminata immediatè ad ſubſtantiam.

III. Sed Eſſentialiter conſiderata conſiſtit ſolùm in pura reſultantia formæ ex Materia prima, cui vnitur.

IV. In ratione verò Actionis, eſt actio vltimo diſpoſitiua.

V. Vnde licet iſta tria ~~Actio~~ Alteratio, Generatio, & Corruptio, ſint vna actio, habēt tamen diuerſas realiter mutationes.

CONCLUSIO II.

TErminus *Qui* Generationis ſubſtantialis, primarius in Executione, eſt ſuppoſitum, aut Perſona.

COROLLARIA

I. Terminus Qui *Generationis, primarius in Intentione, est totum substantiale vt existens, seu compositum ex supposito & existentia.*

II. Omne, quod producitur vt Quod, *est Terminus* Qui *Generationis.*

III. Suppositum & non Compositum vt existens, est specificatiuum Generationis.

IV. Suppositum Diuinum non potest attingi à creatura effectiuè, sed tantùm Materialiter.

V. Proprietates siue Accidentia, aut Essentialiter, aut saltim connaturalitèr genito debita, sunt terminus secundarius Generationis.

CONCLUSIO III.

TErminus *Quo* Generationis Totalis est Natura integra, seu Compositum ex Materia & Forma.

COROLLARIA

I. Terminus Quo *Generationis Partialis, est Forma substantialis, per quam constituitur Natura.*

II. Vnio Formæ cum Materia non est Terminus Quo *Generationis.*

III. Non est opus, quòd Terminus Quo, *fiat per Generationem, sed sufficit, quòd per illam communicetur Termino* Qui.

IV. Generatio non denominatur vnio per ordinem ad suum specificatum, quod est Forma, sed per habitudinem ad exercitium vnibilitatis Formæ, quod est vnio.

V. Existentia est vltima Actualitas lineæ substantiæ, & ideò nequit immediatè communicari Naturæ, sed soli supposito, quod importat Naturam Terminatam subsistentiâ.

CON-

CONCLUSIO IV.

GEneratio substantialis immediatè recipitur in Materia prima denudata ab omni Forma Accidentali.

COROLLARIA.

I. Subiectum Generationis substantialis non est Materia prima, informata Formâ Corporeitatis, seu Corpus.

II. Neq; ipsum totum Compositum de nouo genitum.

III. Multò minùs Forma educta de potentia Materiæ per Generationem, & in ipsa Materia immediatè recepta.

IV. Aristoteles 7. Metaph. tex: 8. dum dicit: Materiam immediatè affici Quantitate & alijs dispositionibus; non loquitur ex propria sententia, sed ex aliorum.

V. Nihilominùs Accidentia recepta in toto Composito, & dimanantia à forma, in genere Causæ Efficientis disponunt Materiam ad Generationem.



Permissu Magnifici D. Rectoris.